VERS. 10. — IN HOC EST CHARITAS, nempe maximè illustris et admiranda, nos quasi (Gracchus, non quod) DILEXERIMUS DEUM, antequam ipse nos diligenter, et sic amore nostro provocaremus ejus amorem. Poterat enim aliqui venire in mente nos saltem de congreuo meruisse redamari, quia amando prævenissimus ipsum et postulassimus eis opem: congruum enim est ut superior inferiori opem sincero affectu imploranti misericordia. Hanc autem congruitatem et minimi meriti mixtum, submetit S. Joannes a prima Dei erga nos dilectione, dicens: *Sed quoniam ipse prior, quoniam enim in auctoritate priores esse poteramus, qui mortui eramus?* certè enim moriuntur amare non possunt; DILEXIT NOS, peccatores mortuosi et deformes, non tamen ut semper tales maneremus, sed sicut faber rude et indolentium lignum diligat, non amando quod est, sed quod inde facturus est, et in arte sua futurum prævidet, inquit hic S. Augustinus, tractatu 8. Prior ergo dilexit nos, ait tractatu 9, et donavit nobis ut diligenteremus eum. Diligendo autem formosi efficiunt, quia charitas est anima pulchritudo: *In charitate perpetuè dilexi te, idèo attraxi te miserans*, Jerem. 51, v. 5. Cum ergo Christus ad apostolos suos dicit: *Pater amat vos, quia vos me amatis*, Joan. 16, v. 27, significat quid amor discipulorum veluti quedam anima pulchritudo amorem Patris in se quidem provocet; sed tamen priori alio amore fuerant præveniti a Patre, qui eis amorem illum inspiravit. Misit FILIUM SUM; tanquam mediatorum et medium quo perficeret quod in nōs facere intenderat per illum dilectionem. Indicat enim S. Joannes dilectionem salutis humani generis fuisse ratione prioren decreto incarnationis, et hanc assumptam fuisse tanquam medium ad talen finem. PROPIETATIONE, hostiam propitiatoriam cuius immolatione ipsem Pater mitiens propitiari et reconciliari nobis posset. PROPITIATIO enim sumitur hic concretum pro hostia propitiatoria, aut etiam pro ipso sacerdote per hostiam propitiante: utrumque enim fuit Christus, et hostia, et sacerdos, seipsum Patri in cruce sacrificans, sive in sacrificium offerens. Unde S. Augustinus legit *habet*, id est, propitiatorem; illi enim in sacrificiis latit qui propitiari et impetrari quod petit. PRO PECATIS NOSTRI, abolendis, que quia infinitum quandom in Deum injuriam continebant, nonnisi infinita hostia pro iis perfecte satisficeri, et Deus reconciliari poterat.

VERS. 11. — CHARISSIMI, si sic Deus DILEXIT NOS; si Deus Pater tam magnus et glorus, tam parvus et peccatis deformes nullo beneficio provocatus sic dilexit ut etiam Filium suum naturalem unicum in

carnem humanam, et deinde in crucem mittaret. Quod admirans Ecclesia in benedictione cerei paschalibus verbis S. Gregorii canit: *O mira circa nos tua pietatis dignatio! ut servum redimences, Filium tradidistis.* Et nos, exemplar istud dilectionis, satem imperfectè et iuxta vires humanae infirmitatis, imitando, DEBEMUS ALITERUTRUM DILIGERE, nos invicem fraternali charitate diligere: *Estate imitatores Dei, et ambulate in dilectione, etc.* ad Ephes. 5, v. 1. Etsi autem S. Joannes dilectionem fraternali semper inuenit, non tamen debet censeri dilectionem inimicorum neglegere: nam qui diligit inimicum, optat ut frater fiat et vitam eternam secum habeat; unde cum ut fratrem dilectione fraternali diligit: non enim amat in illo quod est, sed quod vult ut sit, ait S. Augustinus, tract. 8.

VERS. 12. — DEUM NEMO, in hac via et vita mortali, vidit UNQUAM, clarè et sicuti est, per lumen naturale intellectus, aut etiam per supernaturale accommodatum peregrinationi hujus vie, in quâ solum ad videndum Deum tendimus: *Videmus enim nunc per speculum in axigmate,* 4 ad Corinthios 13, v. 12; nec adhuc sumus similes angelis, qui *vident faciem Patris qui in celis est*, Matth. 18, v. 10; lumine enim tantum obscure fidei, non claro illo beatorum gressus nostris in hac via dirigimus: *hunc nondum possumus Deum condigno modo et ut decet redamare, et virculo illo sublimis ac beatitudinis cordi nostro eum astringere: puritas enim et excellens amoris accommodat us se splendori cognitionis.* Unde nec ea sublimia dilectionis officia Deo prestare possumus quia angelij et nos postea, Deo dante, prestatibimus, quando similes ei erimus, et *videbimus eum sicuti est*, 1 Joan. 3, v. 2. Attamen Deo iam sufficit dilectione quedam inferior, quam fratribus quos videmus per charitatis officia proper Deum obscurè cognitum et intellectum exhibemus, ut mox dicet. Ex quo commentator patet hunc locum non repugnare opinioni S. Augustini et S. Thomæ existimantium Moysen et Paulum clarè vidisse Dei faciem in hac vita mortal, quidquid recentiores scholastici et quidam interpres hic dicant: scit etiam in simili loco, 1 ad Timoth. 6, v. 16, notavimus. Vnde enim solim S. Joannes quid in amando Deum per hujus peregrinationis noctem obscurè tantum fidel lucernā nos dirigamus; neque quisquam sit qui Deum ut in se est viderit, et officia ejus vite ad lumen illud patrī direxerit. Cui sententia nihil olitas si Moyses aut Paulus brevissimo raptu in conceptu divinis faciei per singulare privilegium fuerit semel abreptus. Locus vero aliud, Joan. 1, v. 18, videtur difficilior; sed re bene perspexit videtur loqui de visione comprehensivâ, qualem habet is qui est in sinu Patris, ac in una essentia ei conjunctissimum: comparatione ejus visionis omnis alia visio creatura tenebre dici possunt; sicut omne ens creatura respectu divina et infinite perfectionis est non ens et nihil, ut docet S. Augustinus, lib. 11 Confess., cap. 4. Hinc quia unigenitus Filius infinitam et comprehensivam Dei visionem hauserat ex ipso sinu Patris, non

fuit periculum ne areana divince mentis malè aut imperfecte intellexerit, ut imperfecte mundo enarraret. Unde patet quid licet ista sententia Joannis 1, v. 18, sit verbis eadem cum hac altera, sensu tamen aliquantulum si diversa, propter diversos fines ad quos adfertur. Si DILIGAMUS INVICEM, ex verâ charitate propter Deum, DEUS IN NOBIS MANET : Istâ fraternali dilectione Deus cor et animam nostram sufficienter inhabitat, eumque per ilam dilectionem possidemus, licet non tam nobilis vinculo amoris quam beati qui cum clare vident in coelis; ET CHARITAS EJUS, quam cum diligimus, IN NOBIS PERFECTA EST, sufficienter perfecta est pro charitate vie quam à nobis exigit Deus : in istâ enim fraternali charitate charitas Dei etiam includitur; non enim propter carnem et sanguinem, aut ullum commodum temporale, sed propter Deum frater diligitur. Unde : *Qui diligit proximum, legem impiebit*, ait Paulus ad Romanos 15, vers. 8. Licet autem omnis vera charitas habeat perfectam rationem et essentiam charitatis, potest tamen accidentaliter, vel etiam a parte fortassis imperfectioni ad perfectiorem ascendendo perfici; probabile enim est charitatem actualiter via et patre differe specie.

VENS. 15. — In hoc cognoscimus, per hoc autem aliud signum nos apostoli et discipuli Christi colligimus et cognoscimus; verbo enim ista quo mox sequuntur: *Vidimus et testificamur*, indicant eum loqui in persona discipulorum qui viderant Christum in carne; deinde hoc requirunt scopus quem recipi S. Joannes; vult enim ostendere quam merito fides adhibetur apostolis verbi Dei praecibus, cum ipsi maneat in Deo, et Deus in ipsis, ac per ipsos mundo loquatur. QUONIAM IN EO MANEMUS, quid per fidem, spem, charitatem, et extera dona Spiritus sancti Deo inheremus; ET IN SE, et ipse vicissim in nobis tanquam in templo vivis, quos spiritu suo animat, et ad variis functiones evangelicas moveat, loquendo et operando per nos tanquam sua organa; QUONIAM DE SPIRITU SEO DEBIT NOBIS, qui nobis divisit varia Spiritus sui charismata, per visibilium etiam Spiritus sancti in nos descensum in die Pentecostes, per insufflationem in nos, quando dixit: *Accipite Spiritum sanctum, etc.* Joannis 20, vers. 22. Quibus exterioribus signis clare cognoscantur, inquit Cajetanus, quod ipsi in Deo manebant, et Deus in ipsis. Sed tamen quantum ad veram et coram Deo justitiam non tam clare et certò cognoscantur, quin Paulus dicit: *Nihil nisi concius sum, sed non in hoc justificatus sum*, I ad Corinth. 4, v. 4. Si enim Deus venerit ad me, non video eum; si abiur, non intelligam, Job. 9, v. 11. Unde non est quid Catharinius hic more suo clamet: Andiant hinc qui negant certitudinem gratiae. Dicit autem: *De Spiritu suo*, Graeci: *Ex Spiritu suo*, quia licet Spiritus sanctus sit in se indivisibilis, gratia tamen et charismata ejus multiplicata sunt, que omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult, I ad Corinth. 12, vers. 11.

VENS. 14. — IN HOC VIDIMUS, visu et sensibus ipsis notum est nobis, ET TESTIFICAMUR, vobis et toti mun-

do, QUONIAM PATER MISIT, quid Pater celestis miserit, induendo cum humanâ carne, FILIUM SUUM SALVATOREM MUNDI, ut morte suâ pro peccatis hominum Patri satisfaciendo, non solum Iudeis, sed etiam gentibus electis per totum mundum dispersis salutem et vitam aeternam procuraret.

VENS. 15. — QUIQUIS CONFESSUS FURIT, unde non solum nos, sed quisquis ex corde et fide per dilectionem operante proficitur, QUONIAM JESUS, homo ille cui in circumcisione nomen Iesus, id est, Salvatoris impositum fuit, quia salvum facturus erat populum suum à peccatis eorum, Matth. 1, v. 21, EST FILIUS DEI, sit non homo simplex è numero ceterorum, ut mentione Cærinus et Ebion; sed Filius Dei naturalis ejusdem essentia: cum Patre, ac propiore Homo Deus; Deus in eo manet, Deus per affectum amoris tanquam amicus amio illi adhaeret, in habitat et conquiscit; et IN SE, et ipse reciprociter fidei et amoris vinculo Deo tanquam amico adhaeret; proprius enim amor effectus est, inquit Cajetanus, constitue amantem in amato. Non ergo sola fides informis facit hanc reciprociam Dei et hominis in se invicem mansionem, sed charitas adjungi debet, quam anima Deum tanquam amicum complectitur, et ipsa vicissim à Deo. Unde perfectam cordis confessionem intelligit S. Joannes, inquit Beda, quae nec malescentium hareticorum posset fraude corrumpi, nec persequentem pagorum tormentis conquassari, nec carnalibus fratum exemplis, nec propria fragilitate segnitâ titubare; hec autem est confessio fidei que per charitatem infatigabiliter operatur.

VENS. 16. — ET NOS, fideles omnes, cognovimus, per multa signa et miracula, quia vise et sensu etiam percepimus, ET CREDIMUS CHARITATEM, Graeci *charitatem*, ut iste accusativus ab utroque verbo *cognovimus* et *credimus* regatur; QUAM HABET DEUS (Pater) IN NOBIS, in nos, sive erga nos, et ostendit quando misit Filium suum Salvatorem mundi, ut vers. 14 dixit: *Deus charitanus est*. Deus autem est ipsa essentialis et increata charitas, quam erga nos habet; non enim actu amoris à substantiâ suâ distinetus nos amat, sed ipsa ejus substantia est amor et charitas ejus. Infinita enim divine nature perfectio nullis accidentibus perfici et augeri potest; unde Deus est potius magnitudo, bonitas, justitia, sapientia, amor quam magnum, bonus, iustus, sapiens, amans, ut ex concilio Rhemensis docet S. Bernardus, sermon 80 in Cantica. Et qui MANET IN CHARITATE, unde qui charitati increata per unionem et vinculum creatae charitatis adhaeret, IS DEO MANET, Deo ipsi adhaeret, quondamque charitas sit Deus, et Deus in eo, et vicissim etiam Deus adhaeret illi. Summa vero haec est creatura rationalis dignitas, in complexu sui Creatoris per reciprocum charitatis et amicitiae vinculum sit inhærente. Unde etiam patet quanta sit excellencia creatae charitatis, que Deum ipsum in se sic attrahit, et mutua charitatis vinculo sibi obstringit. Vide que vers. 8 diximus.

VENS. 17. — In hoc, per hoc quod jam dicam, nempe quia Deo similes quodammodo sumus in hoc mundo,

PERFECTA EST, scilicet in ratione verâ supernaturalis charitatis, quâ Deus super omnia diligit; qualem perfectionem charitatis Deus in hâ peregrinatione à nobis exigit, licet non omnem intensionem et perfectionem charitatis patriæ adhuc obtineat. CHARITAS DEI, quâ Deus in proximo diligimus; loquitur enim de charitate absolutâ tam Dei quam proximi; unde vox Dei abest a Graecis; *PERFECTA*, hoc loco non est nomen, sed est verbum passiu[m] præteriti temporis, ut ex Greco patet. Perfitur autem à Deo charitas, quando non carnalem aut naturalem tantum charitatem, sed veram supernaturalem et sincram in nobis operatur, quâ Deus super omnia diligimus; NOBISCUM, in nobis, ut vers. 12 dicit; *UT FIDUCIAM HABEAMUS*, ita ut nos nobis bene consciâ magnam confidantem, habeamus comparendi, coram judice Christo in die iudicij; quando è contra reprobi et charitati destitut turbabuntur timore horribilis, Sapientia 5, vers. 2. Particula ut non videtur hi sumi finaliter, sed speculative, sicuti 2 ad Corinth. 1, v. 17, et alii non raro solet. QUA SICUT ILLI EST, quia sicut Deus gerit in gubernatione et administratione hujus mundi, solem suum oriri faciens super bonos et malos, pluies super justos et injustos, Matth. 5, v. 45. Aliqui pronomen illi referunt ad Christum, qui quandomu[rum] conversatus est in hoc mundo innumerâ dilectionis amicorum et inimicorum exempla nobis reliquit. Dicit autem: *Sicut ille est*, non autem, *sicut ille fuit*, quia exempla nobis relicta à Christo sunt iam adiuv in presenti: omnium memoriâ, inquit Catharinius. Sed hoc nimiam substitutio redolit; unde probabilior est prima, quia etiam S. Augustini est, expositio. ET NOS SUMUS IN HOC MONDO. Haec etiam nos gerimus in conversatione nostrâ in hoc mundo, ac per hoc ostendimus nos esse verè filios Dei similes nostro Patri; non enim tantum amicos, sed etiam inimicos fraternâ dilectione complectimur; et licet solent et pluviam iis prestatre non possimus, statim tamen lacrymas, dum pro ipsis oramus, inquit S. Augustinus, tract. 9. *Sicut non sequitur charitatem nostrâ cum dei charitate, sed similitudinem significat, veluti cum dicimus: Ista imago habet aures sicut ego*, ait S. Augustinus. Ex hac doctrina discimus justos ex honorum operum surorum recordatione posse fiduciam magnam compendi coram Judice suo concepire, et diem iudicij exoptare: quod et quotidiè oramus quando dicimus: *Adveniat regnum tuum*; unde et sancti sua sepi[er] merita allegant coram Deo, ut David, toto psalm. 25; Ezechias, 4 Reg. 20, v. 3; S. Paulus, 2 ad Timoth., 4, v. 7. Haec autem meritorum recordatio maximè necessaria est quando justi ad desperationem tentantur, ut Job. 31, v. 5, etc. Attamen totum meritorum nostrorum cumulum oportet ultimè in Dei gratiam et misericordiam refundere: quid enim meritum in nobis facit nisi gratia? et cum Deus coronat merita nostra, quid aliud coronat quam munera sua? ait S. Augustinus epist. 103.

VENS. 18. — TIMOR NON EST IN CHARITATE; timor enim servilis quo Deus solum tanquam iudex et sce-

ad id proprium bonum cui poena contrariatur, et quia firmata Deo inharenz, magis confidit de premio, et per consequens minus timet de pena. **Quoniam** TIMOR (servilis) POENAM HABET; supplicium habet, ut interpres eamdem vocem verit, Matth. 25, v. ult.: unde Erasmus hic verit: *Cruciatum habet*: stimulatum malam conscientiam timori servilis ante peccatoris justificationem; jam vero ubi justificatus est, et perfecta in anima securitate, inquit S. Augustinus, quale gaudium nobis est vel in hoc vel in futura sculo? et in hoc seculo quis nobis nocebit plenus charitate? Videat quomodo exultet Apostolus de ipsa charitate: *Quis nos separabit, inquit, a charitate Christi? tribulatio? an angustia? etc.*, ad Rom. 8, v. 35; sanat ergo charitas quod vulnerat timor, ait S. Augustinus. Probat igitur S. Joannes quod charitas perfecta pellet timorem, quia pena et conscientia cruciat qui conjunctus est timori, non consistit cum dulcedine que associatur perfecte charitati. Unde non sunt assecuti mentem Apostoli Gaggenus et Tielmannus, qui *timor panam habet* exponunt: Versatur circa penam tanquam objectum: agit enim S. Joannes de pena, seu cruciatu, non qui est obiectum, sed qui est effectus timoris in peccatore, quem conscientia criminis cruciat ex timore gehennae. **QUI AUTEM TIMET**, serviliter penas gehennae propter conscientiam peccatorum, **NON EST PERFECTUS IN CHARITATE**, nondum habet charitatem perfectam quia Deum super omnia diligt et peccata ei remittantur: id est enim conscientia peccatorum cor ejus torquet, quia nondum facta est justificatio, ait S. Augustinus et Beda post eum. Potest tamen talis timens habere charitatem imperfectam et inchoatam, quia Deum diligere incipiat, licet nondum super omnia diligit, ex certa doctrina S. Augustini, quam etiam indicat Tridentinus, sess. 6, c. 6. Haec videtur genuina difficultas et intricata hujus loci explicatio, ut nempe S. Joannes tantum loquatur de timore gehennae quo peccatores propter peccata praterita concutuntur; quia hunc timorem clare opponit fiducia et spe eterni premii quam sancti est contra propter bona sua opera ex perfecta charitate facta concipiunt. Non disputat ergo hic S. Joannes an perfecti in charitate a peccatis futuris timore penas interdum abstineant, sed an prateritorum peccatorum penas timeant. Interim tamen verum est viros perfectos in charitate secundum inclinationem charitatis, et ex amore justitiae, non ex solo timore penae, solere operari: quomodo etiam hanc sententiam: *Perfecta charitas foras mittit timorem*, scipè interpretantur S. Augustinus et alii. Et licet interdum sancti, quando preseruant aliquam gravi tentatione sollicitantur, penas inferni sibi representant, et propter eas a peccato abstineant, hoc tamen non est principale motivum, sed secundarium et instrumentale, faciuntque timorem hunc servire timori filiali et charitati, que timoris filialis est mater: quia enim iustus timet Dei offendit quem amat, id est arripit terrorum inferi et conscientias non affecta pacem avertat, et tentationis non succumbat.

bat; unde S. Augustinus, lib. 83, quest. 56, ait timorem, ne ligatis manibus peribuscum mutantur in tenebras extiores, esse etiam sapientium necessarium: Sapiens autem est, inquit, qui Deum summè diligit, et proximum tanquam scipsum: quapropter timer Dei, ait, non tantum inchoat, sed etiam perficit sapientem. Si verò timer servilis non famulet charitati, sed homo ab opere malo tantum abstinet, quia penitus terretur, non quia justitia delectatur, tunc est serviliter servilis, quia prater servitutem essentialiter que similitudin ab objecto, habet aliam accidentiarum que est carentia consorti charitatis; ideoque intrante charitate necessaria expellitur.

VERS. 49. — **Nos ergo diligamus Deum.** Hortatus erat, v. 11, ad dilectionem fraternalm, quia Deus prior sic dilesisset; num verò post satis longam digressionem eodem argumento Dei dilectionem inculcat, insinuans utramque dilectionem sic connexam esse ut una non sit sine altera. Particula ergo non est illativa, sed solum continuativa sermonis: unde nec habetur in Greco, QUINTAM DEUS PRIOR, cum nos mortali peccatis essemus, nec in amore eum prævenire possemus, ut dictum est v. 9 et 10, DILEXIT OS; et diligendo nos è massa mortuâ humani generis elegit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, Joan. 15, v. 16. Verum quia multi diligunt Deum verbo et lingua, non opere et veritate, I Joannis 5, v. 18, addit:

VERS. 20. — **Sí quis dixerit,** verbo aut tacita cogitatione, QUINTAM DILIGO DEUM. Particula quoniam redundat, sicuti Joan. 1, v. 20, et alias sepè, quando verba aliquis citantur, velut hoc loeo: tunc interpres nostre eam omittit, ad Rom. 5, v. 8; Matthei 5, v. 31; et alibi. Et FRATREM SUUM OBEDIT, gravi odio sive corde illud refutator, sive in actu exterritorum prodat, MENSA EST, falsum dicit: quoniod menadace esse iterum sumitur, I Joan. 3, v. 4, ut illi pluribus dictum est; qui enim non DILIGIT FRATREM SUUM, inquit, quon deips est, edit eum; ideoque nequidem dilectione naturali eum diligit, QM VIDERET, videre solet oculis corporis; Græcè in præterito, quem vidit, cūque speciem in memoria saltem habet, eti fortè jam ipsum non habeat in oculis; DEUS QUEM NON VIDET; Græcè iterum, non vidit, oculis corporis, et qui tam longe remotus es ab hominum sensibus quoniod potest DILIGERE? Profecto nullo modo potest: nam à rebus visibilibus tanquam magis vicini et familiaribus potius incipere debet nostra dilectio, et inde ad invisibili assurgere. Licet ergo bonitas amabilis major sit in Deo quam in proximo, proximus tamen nobis prius diligendum occurrit, ait S. Thomas 2-2, quest. 26, art. 2, ad 4, ideoque via ad dilectionem proximi brevior et facilior est quam ad dilectionem Dei: deinde homo homini similior est quam Deo, similitudo autem amorem conciliat; unde inter bruta etiam animantia ejusdem speciei est quidam amor et amicitia naturalis: Omne enim animal diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi, Ecd. 5, v. 19; unde naturali inclinationi resistit, et brutus magis est cuicunque ipsa bruta qui proximum suum odit.

COMMENTARIA, CAP. V.

Talis ergo minimè ad supernaturam dilectionem Dei propter se, aut proximi propter Deum, est dispositus: nam illis quibus ex naturali amore bona naturalia voluntas, facultas etiam supernatura ex dilectione charitatis optamus: hinc enim parentibus et fratribus priori et majori affectu regnum celorum quam extraneis desideramus. Argumentum autem Apostoli sic explicatum non tantum est populare, ut vocat Sustellus, sed satis validum a majori ad minus; si enim non fiat quod facilius et verisimilius est, quomodo fieri potest quod tantò est difficilis? Interim tamen verum est quid charitate supernaturali proximus non prius et facilius quam Deus diligatur, cum charitas proximi supponat et involvet charitatem Dei, propter quem dilectum proximus diligatur; charitas enim proximi nihil est aliud quam quidam veluti ramus et extensio charitatis Dei: unde S. Augustinus dicit quid qui diligit fratrem, necessariò etiam diligit Deum, quia diligit simul ipsam dilectionem, sive charitatem inveniatque dum Deus est, ut v. 8, et 16, S. Joannes dicebat. *Dilige ergo fratrem, et securus es, at S. Augustinus; non enim potes dicere: Diligo fratrem, sed non diligo Deum.*

VERS. 21.—*Et hoc mandatum habemus a Deo, Levit. 19, v. 18, quod Christus innovavit, Matth. 5, v. 45, ideoque mandatum novum vocatur, Joan. 15, v. 14; si tibi diligit Deus, non hic suscit dilectionem suam, sed diligit et fratrem tuum.* Unde si fratrem non diligit, nec diligit Deum: quoniam enim cum diligas, cuius mandatum continebis? ait S. August.; unde Christus: *Qui habeat mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me, Joan. 14, v. 21; si nempe servet ea non tantum timore peccati, quod est servorum; sed dilectione iustificare, quod est filiorum;*

## CAPUT V.

1. Omnis qui credit quoniam Jesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit et eum qui natus est ex eo.
  2. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, et mandata ejus facimus.
  3. Hoc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus; et mandata ejus gravia non sunt.
  4. Quoniam omne quod natus est ex Deo, vincit mundum; et hoc est Victoria quae vincit mundum, filius nostra.
  5. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei?
  6. Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur quoniam Christus est veritas.
  7. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt.
  8. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, et aqua, et sanguis; et hi tres unum sunt.
  9. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est; quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est, quoniam testificatus est de Filio suo.
  10. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se; qui non credit Filio, mendacem facit eum; quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo.
  11. Et hoc est testimonium, quoniam vitam eternam dedit nobis Deus; et huc vita in Filio ejus est.
  12. Qui habet Filium, habet vitam; qui non habet Filium, vitam non habet.
  13. Ille scribo vobis, ut sciatis quoniam vitam habitis eternam, qui creditis in nomine Filii Dei.
  14. Et hoc est fiducia, quam habemus ad eum: quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos.
  15. Et scimus quia audit nos quidquid petierimus;
  16. Quicunque credit que Jesus est le Christ, est né de Dieu ; et quicunque aime celui qui a engendré, aime aussi celui qui en a été engendré;
  17. Nous connaissons que nous aimons les enfants de Dieu, quand nous aimons Dieu, et que nous gardons ses commandements,
  18. Parce que l'amour de Dieu consiste à garder ses commandements; et ses commandements ne sont point pénaibles.
  19. Car tous ceux qui sont nés de Dieu sont victorieux du monde; et cette victoire par laquelle le monde est vaincu, c'est l'effet de notre foi.
  20. Qui est celui qui est victorieux du monde, sinon celui qui croit que Jesus est le Fils de Dieu?
  21. C'est ce même Jesus-Christ qui est venu avec l'eu et avec le sang: non seulement avec l'eau, mais avec l'eau et avec le sang. Et c'est l'Esprit qui rend témoignage que Jesus-Christ est la vérité.
  22. Car il y en a trois qui rendent témoignage dans le ciel, le Père, le Verbe, et le Saint-Esprit; et ces trois sont une même chose.
  23. Et il y en a trois qui rendent témoignage dans la terre, l'esprit, l'eau, et le sang; et ces trois sont une même chose.
  24. Si nous recevons le témoignage des hommes, celui qui Dieu est plus grand; or, c'est Dieu même qui a rendu ce grand témoignage en faveur de son Fils.
  25. Celui qui croit au Fils de Dieu, a dans lui-même le témoignage de Dieu; celui qui n'y croit pas fait Dieu mentir; parce qu'il ne croit pas au témoignage que Dieu a rendu de son Fils.
  26. Et ce témoignage est que Dieu nous a donné la vie éternelle, et que c'est dans son Fils que se trouve cette vie.
  27. Celui qui a le Fils, a la vie; et celui qui n'a point le Fils n'a point la vie.
  28. Je vous écris ces choses afin que vous sachiez que vous avez la vie éternelle, vous qui croyez au nom de son Fils de Dieu.
  29. Et ce qui nous donne de la confiance en Dieu, c'est qu'il nous exalte dans tout ce que nous lui demandons, qui est conforme à sa volonté.
  30. Et nous savons qu'il nous accorde tout ce que nous demandons, car il connaît nos besoins.

CHAPITRE V.

4. Quiconque croit que Jésus est le Christ, est né de Dieu ; et quiconque aime celui qui a engendré, aime aussi celui qui en a été engendré.

5. Nous connaissons que nous aimons les enfans de Dieu, quand nous aimons Dieu, et que nous gardons ses commandements.

6. Parce que l'amour de Dieu consiste à garder ses commandements ; et ses commandements ne sont point pénibles.

7. Car tous ceux qui sont nés de Dieu sont vaincus du monde ; et cette victoire par laquelle le monde est vaincu, c'est l'effet de notre foi.

8. Qui est celui qui est vaincu du monde, sinon celui qui croit que Jésus est le Fils de Dieu ?

9. Cest ce même Jésus-Christ qui est venu avec l'eau et avec le sang : non seulement avec l'eau, mais avec l'eau et avec le sang. Et c'est l'Esprit qui rend témoignage que Jésus-Christ est la vérité.

10. Car il y en a trois qui rendent témoignage dans le ciel, le Père, le Verbe, et le Saint-Esprit ; et ces trois sont une même chose.

11. Et il y en a trois qui rendent témoignage dans la terre, l'Esprit, l'eau, et le sang : et ces trois sont une même chose.

12. Si nous recevons le témoignage des hommes, celui de Dieu est plus grand ; or, c'est Dieu même qui a rendu ce grand témoignage en faveur de son Fils.

13. Celui qui croit au Fils de Dieu, a dans lui-même le témoignage de Dieu ; celui qui n'y croit pas fait Dieu menteur, parce qu'il ne croit pas au témoignage que Dieu a rendu de son Fils.

14. Et ce témoignage est que Dieu nous a donné la vie éternelle, et que c'est dans son Fils que se trouve cette vie.

15. Je vous écris ces choses afin que vous sachiez que vous avez la vie éternelle, vous qui croyez au nom du Fils de Dieu.

16. Et ce qui nous donne de la confiance en Dieu, c'est qu'il nous exalte dans tout ce que nous lui demandons, qui est conforme à sa volonté.

17. Et nous savons qu'il nous accorde de tout ce que nous demandons, lorsque nous l'avons demandé dans le nom de son Fils Jésus-Christ.